



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.40. Monasteria in Aquitania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæculum IX. duodecimo animam Deo reddidit. Mo.
A. C. 807. nasterium Gellonense ab eo nomen accepit, & jam a longo tempore S. Guilielmi seu Wilhelmi de deserto appellatur.
Boll. tom. 17.
p. 810. In aliquibus Ecclesiæ ejus memoria die, qua defunctus est, celebratur.

§. XL.

Monasteria in Aquitania.

Affron. Du- Ludovicus Caroli Imperatoris filius,^{ma-}
chêne to. 2. tu minimus, Rex Aquitaniæ in Regno
p. 293. suo, ad reducendam Disciplinam Clericalem & Monasticam, egregiam nav-
vit operam.

Sub Principibus superiorum temporum Clerici totius Regni Aquitaniæ, quod a Ligeri nobili fluvio usque ad Pyrenæos extenditur, minus Divino Officio, quam illis artibus, quæ militantibus necessariæ sunt, incumbeant, nam seu equitandum seu tela mittenda, par Clericorum ac militum erat peritia.

Ludovicus vero undique Magistros advocavit, qui Clericos cantum Ecclesiasticum, & litteras Divinas humanasque edocerent; cuius rei successus spem omnem superavit. Propensissimo in Monachos erat animo; & etiam propinqui sui Carolomanni exemplum secutus ipse cucullum induisset, si hanc a Rege Carolo parente suo impetrare potuisset. Inter Monasteria permulta quæ

v. Coint. ann.

812.n.29.30.

Ecc.

quæ a fundamentis erexit, vel reparavit Sæculum IX.
 viginti sex numerantur, suntque ex illis A.C. 807.
 notissima S. Filiberti seu Herense, † Car-
 rofense, S. Maxentii, Nobiliacense (hæc
 quatuor sunt in Diœcesi Pictaviensi) &
 S. Radegundis seu potius S. Crueis in i-
 psa Civitate. Conchense in Diœcesi Ru-
 tenensi, Menatense, & Magnus locus † Manlieu.
 apud Arvernos, Marciliacense apud Ca-
 durcos, S. Chaffori Anicii Velaunorum,
 Saloniacense apud Limovicenses, Gras-
 sense seu Urbionense in Diœcesi Carcas-
 sonensi, & tandem Monasterium Ania-
 nense. Horum Monasteriorum pleraque
 originem suam Carolo Imperatori in ac-
 ceptis referunt, & credibile est, Ludovi-
 cum filium tum mandatis tum consiliis
 Parentis morem gessisse. Ludovici ex-
 emplo animati Episcopi & multi Laici
 Monasteria collapsa erigebant, aut nova
 fundabant.

Rex Ludovicus S. Benedictum Ania-
 nensem sibi carissimum adversus Refor-
 mationis adversarios tuebatur. Saluta-
 ria sibi suadentem auscultabat, muneri-
 bus cumulabat, ejusque opera ad multa
 Monasteria reparanda utebatur. Ludo-
 vico jubente Benedictus Monachos duo-
 decim ad Monasterium Menatense in Ar-
 vernia misit, qui tot alios ad eandem Di-
 sciplinam pertraxerunt, ut post breve
 tempus Fratres ibi ferme sexaginta nu-
 mera-

vit. Ben.n.43

Sæculum IX. merarentur. Item viginti Monachos
 A. C. 807. misit in Monasterium S. Sabini seu Tar-
 bellense in territorio Pictaviensi, & qua-
 draginta alios ad Monasterium Mascia-
 cense in Biturigibus. Omnia hæc Mo-
 nasteria Rex ei concessit, ut consuleret
 Monasterio Anianensi quod ob sterile so-
 lum tantam hominum multitudinem a-
 lere non poterat. Benedictus vero sin-
 gulis Abbatem dabat, supremo in omni
 regimine sibi reservato.

§. XLI.

Schisma Constantinopolitanum.

Sup. n. 17. Interea Ecclesia Constantinopolitana
Sup. n. 19. turbis agitabatur. Tarasius Patriar-
Lib. Synod. cha, ut supra memoravimus, deposuerat
to. 7. Conc. p. Josephum Presbyterum, quod is Con-
1192. vit. Th. stantino Imperatori illico connubio
Stud. n. 43. Theodotam sibi jungenti Benedictionem
 nuptialem suisset impertitus; nunc ve-
 ro, cum Josephus apud Imperatorem Ni-
 cephorum, eo quod pacti fcederis inter
 ipsum & Bardanem Turcam, qui nomen
 Imperatoris assumpserat, Auctor suisset,
 summam gratiam iniisset, Nicephorus
 animo constituerat efficere, ut Josephus
 muneri suo restitueretur. Nicephoro
 Patriarcha id recusante & negante, se
 unquam Antecessoris sui Decretum ab-
 rogaturum, Imperator dicebat; rem no-
 vam non esse, Sacerdotem ab altero de-
 positum